

Man
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.



38
FETIALIS
GERMANICUS

Dissertatione Juris Publici

Bono cum DEO

Fasces Literarios Tenente

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

LUDOVICO,
Duce Wirtembergiæ & Tecciæ, Co-
mite Montisbelgardi, Dynasta in
Heidenheim, &c.

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,

P R Æ S I D E

JOANNE ULRICO PREGIZERO,

U. J. D. Politic. Histor. & Eloq. P. P.

Præceptore meo summè colendo.

IN ILLUSTRICOLLEGIO

Publico Eruditorum Examine

ad disputandum propositus,

Ad diem Augusti

à

GEORGIO FRIDERICO de BLUDOWSKY,

Eq. Siles.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

Anno Academia Secundo Jubilæo

M DC LXXVII.

GERMANICUS

Die Geschichte des Römischen Reichs

von Tacitus

in sechs Büchern

LIBRO I

Die Geschichte des Römischen Reichs

von Tacitus

in sechs Büchern

LIBRO II

Die Geschichte des Römischen Reichs

von Tacitus

in sechs Büchern

LIBRO III


Die Geschichte des Römischen Reichs

von Tacitus

in sechs Büchern

M. DC. LXXV





FETIALIS GERMANICUS.

I.

Fcriptionem & Titulum huic Dissertatio-
ni Roma Verus, materiam Germania, &
Naturæ quoque ac Gentium Jura dede-
runt. *Fetiales* apud Romanos erant Sacer-
dotes, qui belli & pacis disciplinam tenuerunt,
dicti à *feriendo*, juxta *Festum*. *Apud hos enim*, ut inquit
ille, *belli pacisque faciendæ jus est*. Antonius Augusti-
nus in notis ad *Festum*, voc. *Fædus*, animadvertit, *Feciales*
dici in veteribus monumentis; (vid. Gruter. Inscript.
Rom. p. CCCLX. 3. & p. MCVII. 4. quanquam & apud e-
undem p. CCCCLVII. 2. & apud Ald. Manutium in Orto-
graphia secundum Græcam consuetudinem librorum
& lapides legatur *Fetialis*) & à Græcis *Dionysio*, & *Plutarcho*
ita appellari à *feta* fortassè cæsa: In foederibus enim
quæ etiam per *Feciales* addito Patre Patrato apud Ro-
manos peragebantur, veteres porcam cædebant, ut vi-
dere est apud *Livium lib. 1. Varronem lib. 2. de Re Rust. cap.*
4. Virgilium lib. 8. Æneid. ibi:

Et cæsa jungebant fœdera porca.

Festum l. c. Quintilianum lib. 8. cap. 3. Varronis quoque,
tum ad intellectum hujus vocis (de cujus etymologia
jam cum Criticis non disputamus, vid. *Vossius in Etymol.*
L. L. h. v.) tum ipsius rei, egregia sunt loca *lib. 4. de LL.*
ibi: Fetiales, quod fidei publica inter populos præerant: nam
per hos fiebat ut justum conciperetur bellum, & inde desitum; &

A

ut fer-

ut fœdere fides pacis constitueretur. Ex his mittebant, antequam conciperetur, qui res repeterent: & per hos etiam nunc fit Fœdus, quod Fedus (al. Fidus) scribit Ennius dictum. Idem alibi lib. 2. de vita pop. Rom. quem locum Nonius Marcellus citat. Itaque bella & tarde & nulla licentia suscipiebant, quod bellum nullum, nisi pium putabant geri oportere, & prius quàm indicerent bellum ius, à quibus injurias factas sciebant, fœtiales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Et lib. 3. de vita pop. Rom. Si cuius legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, ut dederentur civitati, statuerunt, fœtialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, judicarent, & statuerent, & constituerent. Plura de Fœtialibus vid. apud Dionysium Halicarn. lib. 2. Antiqu. Rom. Livium lib. 1. cap. 24. ubi de fœdere inter Romanos & Albanos per Fœtialem M. Valerium iſto. lib. 4. cap. 30. lib. 7. cap. 32. lib. 8. cap. 22. lib. 9. cap. 45. ubi de Fœtialibus ad res repetendas mittendis. Belli indicendi ritum per eosdem Fœtiales apud Romanos discas ex eodem Livio lib. 1. cap. 32. fœdera feriendi apud eundem lib. 30. cap. 43. & alios. Polybium lib. 13. Gellium lib. 10. cap. 4. Alex. de Alexandro Gen. dier. lib. 1. cap. 26. & lib. 5. cap. 3. Briffon. de Formul. lib. 4. p. 341. & seqq. Alb. Gentil. lib. 1. Legat. c. 11.

II.

Fœtialium usus, priusquam hoc nomen in Latium introductum, antiquissimus est, & cum ipso statim bello, ut primum hoc Gentium jure regi cœptum, introductus, eidem cœvus est, tum apud Chaldæos, Hebræos, Ægyptios, Persas, Græcos, tum apud alias, etiam Barbaras Gentes, quarum nomina recensere longum. Modus saltem & Solennitas, seu, ut loqui amant, cæremonia, in unaquaque Republica pro instituti ratione varia-

variavit. vid. Seldenus de *Jure Nat. & Gene. lib. 6. cap. 13.* Romani, quòd deliberatio de pace & bello non vulgarem sapientiam requirat, eam ob rem Jus Fetiale, & Fetiales Sacerdotes constituerunt: diciturque Jus illud, quo Legati ad res repetendas uterentur, ab Aequicolis Romam transtulisse Ancus Martius apud Livium *lib. 1.* Dionysius Halic. autem *lib. 1.* Numam dicit primum Authorem Fetalium apud Romanos. vid. Rosinus in *Antiqu. Rom. lib. 3. cap. 31.* & ibi Demster. idemque *lib. 10. cap. 1.* De Fetalibus quoque notanda lex illa apud Ciceronem: *Fæderum, pacis, belli, induciarum Oratores Fetiales Judices duo sunt, bellaque disceptant.* Est & alius locus egregius apud eundem Ciceronem qui huc pertinet *lib. 1. Offic. Ac belli quidem aequitas sanctissimè fetiali Populi Romani jure præscripta est, ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum nisi quod & rebus repetitis geratur, & denunciatum antea sit.*

III.

Quantus autem Majoribus nostris, priscis illis Germanis, fuerit belli amor, quantum armorum studium, facillè ex Historia, Taciti præsertim de Moribus Germanorum, Julii Cæsaris, & aliorum constat, adè, ut in univèrsam æstimanti, omnis Germanorum vita nil nisi militia quondam fuerit. At in tanto armorum bellorumque studio ac dignitate, quàm exigua ipsis, penèque nulla fuerit, ut hominibus barbaris (quis hoc negaverit?) omnium que rerum ignaris, disciplina militaris, passim innuunt rerum authores, *Fl. Vegetius, Seneca, Frontinus, Tacitus*, quorum testimonia collegit Philippus Cluverius in *Germania antiqua lib. 1. cap. 43.* ubi ipse addit, Germanos nostros vi omnia, iracundia atque impetu, sine certis imperiis, sine ducibus, antiquissimis

temporibus egisse; donec crebris jam inde ab Augusti
 Cæsaris tēporibus adversus Romanos bellis aliquid di-
 sciplina tandem addiderunt. Et quis dubitet tunc cū
 disciplina etiam plus juris in arma Germanorum, etiam
 circa Fetiales, transiisse; cū antea facile quævis res
 vel levissima in Causam belli illis sufficere potuerit:
 adeò ut ratio ferè non sit cur de Justitia bellorum quæ
 Germani antiquissimis illis temporibus gesserunt, ma-
 gnificè in universum sentire possimus, nisi si bellum sibi
 illatum propulsaverunt, aut exortam Tyrannidem ex-
 tinxerunt. Faciunt huc illa Taciti *de Moribus Germano-
 rum* verba: *Nec arare terram, aut expectare annum, tam fa-
 cile persuaseris quàm vocare hostes, & vulnera mereri. Pigrum
 quinimò & iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguinè
 parare; item alia ejusdem: Si Civitas longa pace & otio
 torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultrò eas natio-
 nes, quæ tum bellum aliquod gerunt. Quia & ingrata genti
 quies, & facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comi-
 tatum non nisi vi belloque tueantur.* vid. Cluver. *l. c. cap.*
46. ubi quo more ac ritu, quâ item auctoritate, bella
 deinceps apud Germanos decreta fuerint, quique iis
 Duces præpositi, ostendit. Et quidem cū idem *l. c.*
cap. 37. & seqq. probasset, tria fuisse apud Germanos o-
 lim Rerum publicarum genera, unum Democraticum,
 alterum Monarchicum, tertium ex utroque mixtum;
 ex his, Monarchis, sive Regibus libera atque absoluta
 potestate imperitantibus, pro sua libidine atque aucto-
 ritate quodvis bellum instituere atque decernere lici-
 tum fuisse, certum esse inquit: At in mixtis ex Monar-
 chia, ac Dēocratia Rebus publicis, in quibus tamen
 plebis regimen prævaluit. Regem unâ cum Proce-
 ribus bellum decrevisse, quod postea populus probavit;
 Ducem

Ducem verò ejus ipsum Regem fuisse: In puris Democratiis, de bellis, tanquam de rebus majoribus, omnes, hoc est universam plebem consultasse, ita tamen, ut, dicente Tacito de moribus German. ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur, vel ut Magnific. Dn. Mauritius in Dissert. de Imperij Reccessibus th. i. ex Hug. Grotij correctione legit, pratractentur. Ubi notat Cluverius per Principes intelligi Magistratus, Proceres, seu Primores, pagorum vicorumque Rectores ac Judices, in iis scilicet Civitatibus Democraticis, quæ sine Principatu fuerunt, penes quos Concilium sive Convantum indicendi fuit auctoritas. Quòd si verò Civitas Democratica Principem haberet (quem Regem vulgò appellabant Romani) in hujus fuisse potestate Concilium imperare: Cœterum ut omnibus rebus agendis, ita belli Consultationibus sortes atque auspicia præmissas, quæ si adnuerent, tunc demum de bello in Concilio publico decretum fuisse, hunc in modum, ut Tacitus scribit: *Mox Rex vel Princeps, prout atas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia erat, audiebantur, (de bello suscipiendo differentes) auctoritate suadendi magis quàm jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernabantur: Sin placuit, frameas concutiebant, honoratissimum quippe assensus genus erat, armis laudare.* Hæc de modo decernendi bellum apud præscos Germanos Cluverius loc. cit. ubi plura de Germanorum Ducibus, ritumque eos deligendi, itemque Officio, & auctoritate eorundem, ac Ordinum Ducum, Magistratumque & Judicium militarium tractat.

IV.

De Bello itaque & Pace Germani olim in Comitibus deliberabant: vid. Hinémar. *Epist. 3. cap. 30.* & utriusque

que suscipiendi, gerendi ac finiendi potestas non com-
 petebat nisi Majestatem in Republ. habenti; conveni-
 enter juri Divino, & Naturæ, & Gentium, ipsique rectæ
 rationi, & Philosophiæ; vid. Gerhard. *de Magistr. Polit.* §
 368. & seqq. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 3.* Bœcl. *in instit. l. 2.*
c. 7. & Dissert. Polit. IV. Habuisse autem potestatem illam
 antiquissimos *Francorum* Reges, natura regni dicitur, &
 Historia testatur. vid. Carol. Molinæus de Monarchia
Francorum. Solebant quidem illi ipsi de bello quoque
 deliberare in Comitiiis, uti de *Chilperico, & Pipino* Anna-
 les Franc. Regino *l. 2.* Gregor. Turonens. *l. 6. hist. Franc.*
c. 9. Lehmann. *in Chron. Spirensi l. 2. c. 39.* testantur: At,
 uti non omnia Comititia, ita nec ista derogabant aliquid
 Majestati Imperantium, quoniam Procere Regni illis
 aderant tantum consilio & suasionem, non imperio. De
Carolo Magno, qui longe lateque Imperium Francicum,
 per Germaniam extendit, & tot potentissima bella gef-
 sit, res satis clara est, quod solus omne arbitrium belli
 & Pacis in Imperio Romano, & Francico Regno, cui Ger-
 mania tunc subdita, habuerit. Illius quoque est prisca
 illa & melior militaris disciplina, quam in Germaniam
 introduxit, & severius exercuit: cujus leges quasdam
 recenset Goldastus *Tom. 1. Constit. Imperial. p. 147.* qui &
tom. 3. alias Constitutiones Carolinas militares refert, de
 quarum tamen authentica fide jam non disputamus.
 Legimus quidem apud auctores supra citatos, nec non
 apud Pithocum *in Annal.* quod *Carolus Magnus* de bello
 contra Saxones & Bavaros egerit in Comitiiis Wor-
 matiensibus, & de bello contra Longobardos in Synodo
 Genuensi; quale etiam de utroque *Ludovico* Caroli fi-
 lio, & nepote, ex *Annal. Fuldensib.* citat. Lehmann. *l.*
c. 5. Sed nec ista Comititia Majestati horum aliquid detra-
 hebant.

hebant, vid Hippol. à Lapid. *part. 1. cap. 4. Sect. 1.* Mansitq; adeo jus belli in Familia *Caroli Magni* ejusque in Imperio Romano, & Germaniæ Regno Successoribus diu liberum, & absolutum.

V.

Erat quidem & ante Imperium Francorum inter priscos Germanos *Ducum* nomen cognitum in bello, sed non cum summo Imperio, uti hodie, verum militari tantum officio: Et Franci deinceps devicta Alemannia, & Germania. *Duces* Provinciis imponebant, sed tanquam Præsides administrandæ potissimum militiæ, quorum potestas alia non erat, quam Magistratus. *Vadianus* ita de his, in opere *de Colleg. Monaster. Germania fol. 3.* *Illa ætate & Duces & Comites non sui juris, sed Regum & Imperatorum Officarii, & velut ministri erant.* *Bodin. l. 3. de Rep. c. 5.* inquit: *In Francico Imperio Duces, Comites, Marchiones & quæ arces Provinciarum habent à Principe, juris dictionem & Imperium olim habuere precarium, nihil suum.* Pertinent huc verba *B. Rhenani l. 2. rerum Germ.* ubi inter alia ita inquit: *Nec tantam habebat potestatem Dux, quantam hodie videmus: Si quidem per sepe se tantum Duces militum nominabant, quemadmodum in vetustissimo diplomate apud Divum Ludegarium Lucernatem scriptum est: Ego Withardus & frater meus Rupertus Dux militum Regis Ludovici.* *Fuit autem is Rupertus Alemannia Dux, sive Suervia.* vid *Lehmann. in Chronice Spirensi l. 2. c. 16.* cujus verba *l. c. ex cap. 42.* ubi agit *Von der Fränckischen König und Kayser Jurisdiction, Macht, Gewalt und Herrschafft über den weltlichen Stand der Fürsten und Stände* / *juvat apponere, quæ hæc sunt: Wann auff gemelner Reichsversammlung wider einen oder andern Feind*
des

des Reichs Krieg beschloffen / ist der Feind disseits Rhein
gewesen / so haben die Fürsten oder Grafen in jedem Saw
mit ihren Unterthanen / Adels Personen und freyen Bür-
gern nach gewisser Anzahl ein halb Jahr zu Feld sich mit
aller Nothdurfft außstaffieren und fortziehen müssen / da-
von sie nichts als Leibs Schwachheit entschuldigen kön-
nen. Hat sich der Feind jenseyt Rheins befunden / so sind
die Grafen derselben Ort mit ihrem untergebenen Volck
den Krieg zu verrichten / verbunden gewesen / welchem ge-
meiniglich die König persönlich begewohnet / oder nach
Beschaffenheit ihre Söhne / oder einen Fürsten an ihre
Statt verordnet / davon zulesen *Capit. l. 3. c. 73. & seq. l. 4. c. 70. Addit. l. 4. n. 43. und andere Ort mehr. vid. id. Lehmann. l. c. c. 43. ubi agit von der Teutschen Kriegsmas-
nier / & cap. 44. n. 6. ubi agit von dem Herbann / quatenus
& vocationem ad exercitum, & exactionem militarem
notat. Successu tamen temporis postquam Duces isti
facti sunt perpetui & hæreditarii, his, & aliis ex causis
crevit valde illorum potestas, donec in Imperii Societa-
tem à Regibus, & Imperatoribus Germanis fuerunt as-
sumti: quorum hijam sine illorum consensu & aucto-
ritate, nihil quod ad bellum, nihil quod aliàs ad Rem-
publicam pertinebat, solebant agere, adeo ut *Duces illi
Ordines*, seu ut vocant *Status Imperij* sint facti, cum aliis,
quorum nomina & potestas nota. vid. Lehmann. *loc. cit.*
*l. 4. c. 1. Magnif. Dn. Myler. ab Ehrenbach in Archolog.
Ordinum Imperial.* Debent quidem *Duces & Ordines* illi
multam quoque incrementorum suorum partem, post
extinctam Carolingorum potentiam ac familiam, pri-
mis in Germania Saxonis Imperatoribus: Hos tamen
adhuc satis absoluto Imperio belli pacisque negotiis
præfuisse constat. Certe *Henricus Auceps Imp.* utrumq;
Reipl.*

Reipubl. tempus solus ordinavit, & legibus ac armis bene firmavit: Id quod de *Ottonibus* quoque dicendum. Post horum tempora, Cæsarum potestas in sacris primo per Pontifices Romanos imminui cœpta: sed & deinceps paulatim alia Majestatis jura, & inter hæc belli ac pacis potestas non ita in eorundem arbitrio, ut antea, manserunt, præsertim postquam ab *Henrici V.* temporibus Germanorum Procerum suffragiis eligi Cæsares cœperunt, & certis legibus circumscriptam Imperii potestatem adepti sunt, adscitis quoque in Imperii societatem ipsis Principibus, & cæteris Proceribus ac Ordinibus Germaniæ. Sanè *Henricus IV Imp.* jam suo ævo ad Saxonum Legatos apud Lambertum ita inquit: *Se nec eis, nec cuiquam justam satisfactionem de culpa proponenti, veniam negaturum, de tanto autem, deque atroci negotio precipitanter sententiam ferre nec velle nec debere, donec Principes Regni in unum convenirent, in quorum communem ignominiam læsa Regiæ Majestatis injuria redundaret, & quorum tam virtute bellum transigendum, quam consilio pax reparanda esset.* Ipse Cæsar quoque *Henricus V.* in Edicto de vindicandis injuriis in Cæsaream Majestatem illatis ad Principes Imperii, quod refert Goldastus in *Constit. Imper. Tom. 1. p. 248.* ita inquit inter alia: *Cum in sumpta regni dignitate vestris paruerim preceptis, ausus est quispiam impune in publicam contumeliam regnum & nos armis vexare. Quia igitur contra tam superbos hostes R. P. viribus utendum est, expeditionem vobis & rogando precipimus, & præcipiendo rogamus: cujus collectioni tempus ad Calendas Julias, locum Wirziburgensem urbem præfinimus, vid. Mut. l. 16, p. 128.* Fuerat autem ista ætate per bella civilia, præsertim illud Saxonicum, valde corrupta disciplina armorum. Quare *Fridericus I. Imp.* qui magnum honorem Principibus & Ordinibus Imperii

B habuit,

habuit, & sine horum consensu bellum haud gessit (teste Ottone Frising. *l. 2. de gest. Frid. I. Imp. c. 30.* Godefrido Monacho, apud Freher. *tom. 1. p. 243.*) leges castrenses tulit apud Brixiam in Conventu Principum Imperij anno Domini 1159. vid. Goldast. *l. c. p. 268.* qui ejusdem Imperatoris mandata & rescripta, de Expeditione Italica adversus Papæ Fautores Imperio Teutonico rebelantes, nec non Filii ejusdem *Henrici VI. Imp.* Edictum de indicendis militiæ sacræ Privilegiis, recenset. Plura exempla, *Philippi II.* scilicet, *Ottonis IV. & Ludovici Bavari,* aliorumque Imperatorum, qui bella non nisi cum consensu Statuum Imperii gesserunt, vid. collecta apud Limneum *ad Capitulat. Caroli V. Artic. XI. p. 184. 185.*

VI.

Demum sub Carolo IV. adhuc magis limitata fuit Cæsarum potestas; id quod ex Imperii lege, quæ *Aurea Bulla* nomine celebratur, constat. Igitur post Carolum IV. illos in Germania jus belli solos haud habuisse, leges & praxis Imperii docent. Patet hoc, ut de aliis taceamus, ex bello quod *Fridericus III. Imp.* contra *Carolum Audacem Ducem Burgundie* gessit anno 1474. Neque *Maximilianus I. Imp.* hoc jus pro suo arbitrio, utcunque voluit, sed tantum in Comitibus exercere potuit. vid. *Handhabung des Friedens zu Worms 1495.* tit. die *Rön. May.* Debuit autem huic Imp. Germania novam eamque meliorem militiæ rationem & ordinem, quæ ad summas ejus laudes quoque pertinet. Illius est non una & melior Reformatio Pacis profanæ, quam Pater *Fridericus* in Imperio constituerat: Illius est formula illa Articulorum militariū præscripta Anno Domini 1508, quam deinde reformavit *Maximilianus II. Imp.* Anno 1570. *zu Speyer, in der Reuter- und Fuß-Knecht-Bestallung.* Illius est

est ingens illa & gravissima consultiatio de expeditione in Turcas suscipienda per Universitatem Christianorum, proposita & delibera a in Comitibus Augustanis anno 1518, relata à Goldasto Tom. 2. *Constit. Imperial. p. 127.* in qua etiam multa sunt quæ ad omnem reliquam rationem belli pertinent. Jam cum Maximiliani I. Nepos Carolus V. summis Germaniæ fascibus admoventur, inter Electi Romanorum Regis & Imperatoris pacta sive Articulos obligationis præstandæ Principibus Electoribus (Capitulationem vocant) juramento promisit: cum vicinis aliisque Regibus pacem & amicitiam colere, neque pro rebus Imperij, nisi de Ordinum omnium, præcipue Septemvirorum, voluntate bellum suscipere ullum: intra vel extra fines Imperis peregrinum quoque militem nullum in Germania adducere, nisi consentientibus illis. Quod si autem bello petatur ipse, vel Imperium, liceat uti quibuscunque præsidis. vid. Artic. XI. Capitulat. Caroli V. & ibi Limnæus. R. A. zu Speyr anno 1544 §. so achten Wir. R. A. zu Augspurg anno 1551. §. So haben Wir uns. Idem continetur quoque in Capitulatione Ferdinandi I. Imp. Artic. X. Maximiliani II. Artic. VII. (sub quo vid. R. A. zu Regenspurg 1567 §. So hessen Wir.) Rudolphi Artic. X. Matthie Artic. XI. Ferdinandi II. Artic. IX. Ferdinandi III. Artic. XI. & XII. & ibi Limnæus. Accedit his instrumentum Pacis Casareo Suecicum, Artic. VIII. §. Gaudeant &c. quo bellum non nisi de Comitali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu posthac decernendū admittitur. Consentit Capitulatio Ferdinandi IV. Artic. XI. & Capitulatio Leopoldi I. Artic. XIII. in quibus aliquid prioribus additum constat: quid scilicet liceat Cæsari & Electoribus solis, in subitis: in quo casu, quæquam Capitulationes à prima ad ultimam prorsus consentiant, tamen cum ista res cæteris Statibus suspecta fieri

cœpisset, in Conventu Monasteriensi & Osnabrugensi mota est Controversia, atque hoc inter ea capita agitatum est, quæ in Capitulationem perpetuam deberent inseri, ut notavit Bœclerus in *Notitia S. R. Imperij, lib. 6 cap. 1. p. 58.* ubi etiam monet, alteram à prioribus quæstionem esse, quid liceat Imperatori soli defensivè, si Imperium bello petatur? Allegat Bœclerus ad hanc quæstionem Lampadium *de Republ. Romano Germ. part. 3 cap. 10. S. 17.* ubi asseritur, expedire arma suo arbitratu Imperatorem, si Imperium bello petatur. Consentunt hanc in rem Capitulationes ante allegatæ locis citatis, ubi hæc in fine adduntur: **Wo wir aber von des Reichs wegen/ oder das Heil. Reich angegriffen/ und bekriegeret würden/ alsdann mögen wir uns dagegen aller Hülf gebrauchen.** Capitul. *Caroli V. Artic. XI. & reliquæ loc. cit.* Idem jus Lampadius quoque adscribit Statibus Imperii, si subito hostium incursum è vestigio Cæsaris copia haberi non possit, per Recessum Imperii de Anno 1555. ibi: **Und sollen in oberzehnten Fällen/ nemlich/ da eins/ oder dreyer/ und auch fünffer Kreys Hülf/ vermög dieser Ordnung/ in Anzug/ und ins Feld gestellt/ der selbigen Kreys Obersten/ und zugeordnete/ die Keyf. Majestät oder in deren Abwesen auß dem Reich/ uns/ ihres Vorhabens/ und was sie darzu verursacht/ in Schrifft unverzüglich/ und in Unterthänigkeit der Sachen wissens zu haben/ verständigen/ und vergewissigen/ und nicht desto weniger mit der fürgenommenen Gegenwehr dieser Ordnung gemäß fürschreiten.** Conventio *Ordinatio Camerae part. 2.* Et huc pertinent etiam verba Lampadii *l. c. cap. 20. S. 6.* *Vim verò illatam propellere, & vi contrariâ persequi amissa, cuique Statuum integrum est, non in continenti solum, sed cum primùm copios amicisque collectis facultas præbebitur.* Consentit passim Gaili-
us

us de Pace publica. Quin imò ipsæ adeo Constitutiones Imperii Ordinibus injungunt, ut ita quisque in Regione sua sese instruat, quò adversus violentiam improvisam tutus sit, & aliis subsidio esse possit, juxta dict. Recess. Imp. de Anno 1555. §. Nach dem aber. Quid autem, si res moram patiat, & tractum temporis desideret? si non tam de vi illata vel ingruente repellenda, quàm de rebus repetendis, & injuriis vindicandis agatur, quantam hic Principes ac Ordines Imperii potestatem habeant vid. apud Ludolphum Hugonem, de Statu Region. German. cap. 3. §. 8. Cùm itaque jus Belli indicendi ab Imperio pendeat, illud Inter-Regni spatio apud Imperium quoque residet, sed per Vicarios imp. administratur, ex generali illa Regula: *Vicarios omnino omnia peragere posse, qua ipsemet Imperator, nisi quid specialiter ipsis reperiatur prohibitum.* Inter-Regni autem tempore bellum quidem non temerè movendum, motum verò, Statutumque consensu decretum, non deferendum est, donec denuò summam communibus armis manum Caesar admoverit. Aliàs autem pacis negotia & curam potius, quàm belli potestatem, Vicariis Aurea Bulla committit, ut observat Gustmeierus in *Fecial. German. lib. 1. cap. 8. num. 3.*

VII.

Penes quem itaq; sit jus belli in Imperio Germaniæ, olim & nunc, satis ex antecedentibus constare putamus. Priusquam autem jus illud armis in hostes bello vindicativo exerceatur ab iis penes quos est hujus rei potestas, ab antiquo etiam in Imperio hoc usus est Feriælium, qui mittuntur ut res repetant jure Gentium. Vallet enim inter Germanos quoque, & valere debet illud Ciceronis *l. 1. Offic.* quo, cum duo genera decertandi po-

nuntur, unum per disceptationem, alterum per vim, illudque proprium hominis, hoc belluarum dicitur, confugiendum esse ad posterius, si uti non licet superiore, gravissimus Author monet. Sic enim demum justum bellum dicitur, non cum altero res nostras & jura rapiente, ac ladente, arma statim capiuntur. Quoties enim judicio quispiam se sistit, arma sistenda sunt: & nefas bellum sumere, tanquam in injurium, in eum, qui jure agere & satisfacere paratus est, ut apud Thucydidem *lib. 1.* ipse Rex *Archidamus* fatetur. At si abnuitt quis, & res retinet, quid est, quod contra vim sine vi fieri possit? & tunc, ut ex *Livio Lib. 9.* *Lipsius* monet *Lib. 4. Civil. Doctr. cap. 4.* illud valet: *justum bellum quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* Secus, bellum non bellum, & latrocinium magis ac prædatio. vid. *l. 118. ff. de V. S. l. 24. de capt. & postum. revers.* Loqui autem hætenus nos de illo bello, in quo causa belli est vindicatoria, non ubi defensoria, patet ex prioribus. Nam in Bello, ut vocant, Defensivo, Clarigatione, & Fetialibus haud opus: tale enim bellum in quo hostis primum nos armis laceffit, per jus naturæ sine ulla indicatione vel clarigatione geri potest, vid. *Magerus de Advocata armata cap. XI. p. 258. num. 263.* Clarigare autem olim dicebantur Fetiales, cum res repetitum mittebantur, nempe quia clara hoc facerent voce. Formula Clarigationis apud Romanos habetur in *Livio lib. 1. cap. 32.* ad quem locum extat *Dissertatio Christiani Barneki VII. Eq. Dani, sub Bæclero habita, de Clarigatione.* Videatur de illa quoque accuratè scribens *Briffonius in Formulæ lib. IV;* & *Vossius in Etymol. LL.* ubi plura de hac voce, nec non *Becht de Secur. p. 779.* ubi de Clarigationis modo & ritu agit.

VIII.

VIII.

Fetialis itaque est Legatus Bellicus, qui ad bellum denunciandum destinatus. Hoc munus apud Romanos olim è Fetialibus obibat solus Pater patratus, quem Fetialis verbena caput & frontem cingens, indicendi belli Principem faciebat, ut explicat Gellius *lib. 16. cap. 4.* Alex. ab Alexandro, *s. 3. Gentilis de Legato l. 11.* Hodie Bellum indicare solent *Heroldi* (dicti quasi **Ehrenhold** quod virtutem & honestatem quærant, ac servant) & Præcones publici, de quorum, & Fetialium differentia vid. Waremund. ab Ehrenberg *de Fœderibus l. 3. 18.* Bocerus *de jure belli cap. 7. lib. 1.* Cæterum ut olim Legatis varia tanquam solennia adjungebantur, ut, verbenæ, gramen, sagmina, filices, filum lanæ, sacra stola, caduceus, ramus olivæ, velamenta, & infinita alia, de quorum significatione vid. Bortius *de Legationibus thes. 18:* Sic hodie Heroldis paludamenta distincta, & signata illius Principis insignibus, à quo mittuntur, & cæteris patrius amictus loco solenniorum, quem retinere, & apud exteros ferre debent. De Legatis ad inimicos & bella, vid. plura apud Marselaer *de Legato lib. 2. Dissert. 19. & 21.* Itaque cum sub his Legatis Fetiales contineantur, (sunt enim Legati, dicente Cicerone *in Vatini. ad fin.* nuncii pacis & belli, curatores, interpretes, bellici consilii auditores, ministri muneris Provincialis) facile apparet quis jus Fecialium mittendorum inter Germanos in Imperio habeat. Probamus hic sententiam Lampadii *de Republ. Romano-Germanica part. 3. cap. 20.* ubi cum præmisisset, nec fœdera ici, nec indici, nec iterum coire concordia, nec ulla Reipublicæ cum exteris negotia expediri posse sine interventu Legatorum, concludit, jus mittendi Legatos nomine
Im.

Imperii competere omninò Cæsari (quod contra Hippolit. à Lapide *part. 1. cap. 14. sect. 2.* notandum) nisi per illos Legatos agat de re non in sua solius potestate possit, sed Ordinibus communi, & definienda Comitialiter, qualis est illa de qua impræsentiaram loquimur. Verba Lampadii sunt hæc: *Ex quo intelligitur, is jus Legationis competere, quibus de Republica cum exteris agere fas est: is enim Legationis finis Legatorum jura determinat. Cæsari igitur Imperij nomine mittendi Legati jus convenit, nisi de fœderibus, aut omninò de bello quid innovet: quorsum enim hic pertineret Legatos mittere quibus non possit agendi potestatem committere: Didicimus autem, pacisci cum exteris de rebus Imperij, aut bellum movere, non solius Cæsarei esse arbitrij.* Idem igitur de Fetialibus quod de Legatis dicendum, quos propriè loquendo, non mittunt nisi qui Majestatem habent ad illos, qui Majestate quoque gaudent. vid. Arnifæus *de Jur. Majest. l. 2. c. 5. n. 12. & seq.*

IX.

Mittuntur ergo Fetiales in Imperio nostro ab Imperatore & Principibus ac Statibus reliquis Imperii, qui cum Imperatore in Imperii communionem admittuntur Majestatem quoque participantes. Et propriè mittuntur Fetiales ad Exteros, non ad cives: quippe cum quibus bellum (cujus gratia sunt Fetiales) jure Gentium non est, sed civilis dissensio, quæ non armis sed legibus, & Imperio, cum quo non est Fetialis, componenda. Et hæc quidem in re ut bellis civilibus obviam eatur, optimè jam ab antiquis temporibus securitati & saluti Germaniæ consultum est ab ipso *Carolo Magno, in Recessu sive Capitulari Comitiorum Generalium, Anno Domini 788. habitorum, cap. xxiii.* quod de his, qui pretium pro facta recipere, & justitiam facere nolunt, in-

inscribitur: verba legis hæc sunt; *Si quis pro faida pretium recipere non vult, tunc ad nos sit transmissus, & nos eum dirigamus, ubi damnum minimè facere possit. Simili modo & qui pro faida precium solvere noluerit, nec justitiam exinde facere in tali loco eum mittere volumus, ut per eum majus damnum non crescat.* Idem continetur in ejusdem Caroli Capitulari de anno Christi 781. cap. VII. Post Caroli Magni tempora autem sæpius Germania ipsa sibi bella indixit, quorum memoria utinam etiam nostris temporibus non adeo esset vicina. Ad ista autem avertenda, si forsan inter Imperatorem & Status Imperii, aut hos invicem, lites oriantur & dissidia, legibus Imperii nefas est hostilia moliri, aut coactis copiis cuiquam bellum vel denunciare, vel facere. vid. Reformatio *FridERICI Imperatoris* Francofurti Anno 1442. in princip. & S. I. *Der Königliche Land-Fried zu Worms Anno 1495. Handhabung des Friedens/Rechtens/und der Ordnung zu Worms Anno 1495. auffgericht. Erklärung des Land-Friedens zu Augspurg Anno 1500. auffgericht. Capitulatio Caroli V. Imper. Artic. 21. ubi: Wir sollen und wollen auch die Churfürsten/Fürsten/Prælaten/Graven/Herren/und andere Stände des Reichs/selbst nicht vergewältigen/solches auch nicht schaffen/noch andern zuthun verhängen/sondern wo wir/oder jemand anders/zu ihnen allen/oder einem insonderheit zusprechen hätten/oder einige Forderung fürnehmen/dieselben samt und besonder/Auftrubr/Zwyttracht/und andern Unrath im Heiligen Reich zu verhüten/auch Fried und Einigkeit zuerhalten/zur Verhör/und gebührlischen Rechten stellen und kommen lassen/und mit nichten gestatten/in deren oder andern Sachen/darinn sie ordentlich recht leiden mögen/und des urbätig seyn/mit Raub/Nahme/Brand/Fehden/Krieg/oder ander Gestalt zu bes*

E

schä

schädigen/ anzugreifen/ oder zu überfallen. vid. ibid. Linnens in annot. Item Römischer Kayserl. Majestät und des Heiligen Reichs Land. Fried auff dem Reichs. Tag zu Augspurg declarirt/ erneuert/ auffgericht/ und beschloffen im Jahr 1548. §. Als weiland Kayser Maximilian unser lieber Anherz/ & tit. von Mandaten des Cammer. Gerichts wider die Fridens. Brecher/ & cæteris. Ordinatic Cameræ part. 2. tit. 9. §. Und ob sich zutriege. R. A. Zu Augspurg de Anno 1555. ibi: Wir verpflichten und verbinden uns zu allen Theilen/ daß die Kayserl. Majestät/ Wir/ und kein Stand den andern mit was gesuchten Schein das geschehen möcht/ mit der That/ oder sonst einiger gestalt heimlich oder offenlich/ durch uns selbst oder andere von unfertwegen beschweren/ überziehen/ vergewaltigen/ bekriegen/ triegen/ beleidigen/ oder beträben sollen/ oder wollen/ und so auch einig Theil oder Stand/ wider solchen auffgerichtten Frieden den andern (als doch nicht seyn soll) sezt oder künfftiglich mit thätlicher Handlung die geschehe heimlich oder offenlich/ vergewältigen oder beträngen würde/ daß die Kayserl. Majestät/ Wir und sie/ auch unser/ und ihre Nachkommen und Erben/ alsdann nicht allein dem Vergewältiger/ oder so thätliche Handlung fürgenommen/ oder fürnehme/ keinen Rath/ Hülff oder Beystand leisten/ sondern auch den andern Theil oder Stand so wider diesen Frieden vergewältiget/ überzogen/ oder bekriegeret würde/ wider den Vergewältiger/ oder der sich thätlicher Handlung unternimt/ Hülff und Beystand leisten wollen und sollen/ alles getreulich und ungesährlich. Idem fanciur in Capitulatione Ferdinandi I. Artic. 20. Maximiliani II. Artic. 20. Rudolphi II. Artic. 22. Matthie. Artic. 26. Ferdinandi II. Artic. 25. Et huc etiam multa ac magna sui parte tendit Instrumentum Pacis Cæsareo-Gallicæ & Suevicæ, tum aliis

aliis in locis, tum in *S. Veruntamen in neutro horum modorum: ibi: Et nulli omnino Statuum Imperij liceat, jus suum vi vel armis persequi, sed si quid controversae, siue jam exortum sit, siue posthac inciderit, unusquisque jure experietur secus faciens reus sit fractae pacis.* Consentit Capitulatio Ferdinandi III. Artic. 29. ubi etiam hoc prioribus additur: **Mit Durchzügen / Einquartierungen** (in novissima Capitulatione etiam hoc adjectum: **neuerlichen Exactionen / und Anlagen**) ohne höchste unumbgängliche Noth / und alsdann auch anderst nicht / als mit Vorbewußt der Craiß-Obristen / und deren Nach- und Zugeordneten / wie auch der Craiß-Stände / die damit betroffen werden / zu beschweren / oder anderer gestalt beschädigen / anzugreifen / oder zu überfallen. vid. ibid. Limn. in annotat. Addatur R. A. de Anno 1641. *S. Setzen solchem nach / ordnen und gebieten.* Capitulatio Ferdinandi IV. Artic. 12. Leopoldi I. Artic. 15. ubi inter alia additur: **Dieselbe sollen Wir samt und sonders Aufruhr / Zwitteracht und andere Unthat im Heiligen Reich zu verhüten / auch Fried und Einigkeit zu erhalten. vor die ordentliche Gerichte / nach Aufweisung / des Reichs Abschieden / Kammer-Gerichts / Executions-Ordnung / und neulich zu Wünster / und Sinabruckh aufgerichteten Frieden-Schluss / auch zu Nürnberg darauff erfolgten Edicten / zu Verhör und gebährlichen Rechten stellen und kommen lassen.** Consentit R. A. de Anno 1654. *S. 178. Nach dem aber auch 17. & S. 193. ibi: Wir setzen und ordnen auch / das kein Stand gegen den andern / oder dessen Land und Leut / oder auch gegen seine einige Unterschonen und Burger / in Religion-Sachen wider den Frieden-Schluss / mit Gewalt und eigenmächtiger Regierung das geringste nicht alteriren oder vornehmen / sondern ein jeder das jenige / was er vermeint / das ihm gebühre / mit*
E ij behör

behörigen Weg Rechtsens suchen/ und denen/ so darwider beschwert würden/ auff begehren Mandata inhibitoria gehöriger Orten ertheilet/ und vollzogen werden sollen.

X.

Judiciorum autem, quorum in his Constitutionibus mentio fit, & quæ bello præferuntur, ut in illis res agatur, diversis temporibus diversa fuit ratio: quam omnem hic ostendere, nec temporis, nec instituti ratio permittit. videatur, qui accuratissimè de his egit per seriem diversorum seculorum Conringius, de *Germanici Imperij Judiciis*, & Gryphander, de *Weichbildis Saxoniciis*. Illam autem rem Judicariam in Germania, præter Romanorum Pontificum, pleraque Imperii jura invadentium, insolentiam, longo tempore turbabat manuarii juris licentia, quæ ex discordia Germanorum Principum nata, vi & armis definiebat, quæ legibus terminari debuissent; donec huic malo particularia, primum judicia per modum Confœderationis inter vicinos, & eadem pericula metuentes, deinde Pacis publicæ Sanctio opposita fuerunt. In Judiciis quoque illis antiquis successu temporum pleraque mutata fuerunt; præsertim post Constitutionem Aureæ Bullæ, (vid. Sev. de Monzamb. de *Statu Imp. Germ.* cap. V. §. 15.) quæ Principibus Electoribus maxime favit, & Comiti Palatino Rheni S. R. Imperii Archidapifero, & Electori Principi singulare jus concessit, seu confirmavit, quod continetur *Tit. V. in fin.* de quo videri possunt Freherus in *Originibus Palatinis. part. 1. cap. 16.* & idem ad Petr. de Andlo *l. 2. cap. 10.* Limneus *J. P. 3. 9. §. 3. observ. 1. & seq.* Rümelin. *ad A. B. l. c. & ibi Addit.* Magnif. Dn. Myleri ab Ehrenbach/ cum cæteris Commentatoribus, & Scriptoribus Juris Publici citatis à Bœclero in *Notitia S. R. I. l. VI.*

l. VI. cap. IX. p. 188. Interim quod idem quoque Bœclerus l. c. lib. IV. c. 1. p. 56. monet, Cæsar lege publica, & Constitutione vom Regiment zu Worms de anno 1521. habet potestatem cognoscendi & sententiam ferendi in Sachen/ Fürstenthumb/ Herkogthumb/ Graffschafften &c. belangend/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so einem Theil gänglich und endlich abgespröchen werden sollen. vid. Linnæus f. P. 2. 9. 32. &c. cum Additionibus. Communia autem toti Imperio Judicia hodie sunt Camera Imperialis, quæ Spiræ, & Aulicum Imperatoris Consilium: de quorum Auctore, & origine, constitutione, legibus publicis, Jurisdictione, loco, personis, processu, causis, commodis, & aliis quæ huc pertinent, plura videnda in Ordinationibus horum Judiciorum, & reliquis Imperii Sanctionibus, Capitulationibus, Recessibus inprimis, & Instrumento Pacis Monasteriensi, ac Osnabrugensi, ipsaque Praxi, & usu, nec non Scriptoribus Juris publici, qui huc pertinent. Quanta autem Rothwilenensis Judicii à *Conrado Suevo Imp.* Anno 1146. instituti auctoritas & jurisdictio sit, ipsa Ordinatio illius à *Maximiliano II. Imperatore* reformata, & in hanc probatissima Commentatio *Pauli Matthia Wehneri*, & ejusdem Observationes Practicæ, cum aliis Juris Publici peritorum Scriptis, suppeditant. Quod si ipsis Ordinibus Imperii inter se lis sit, plerique eorum in prima (ut vocant) instantia, adeunt Arbitros, sive Aufstregas, in causis quæ ad hos pertinent. De quorum Origine, item divisione, omnique jure, ac jurisdictione, & quæ huc pertinent, peculiare in hoc argumento libelli, & Scriptores, qui à Bœclero in *Notit. S. R. Imperii lib. XIII. cap. V.* citantur, adiri debent. De aliis Judiciis pactitiis, & arbitrariis, alioque nomine celebri-

C 3

bus

bus in Germania, utpote von dem Fürsten-Recht/ dem Land-Gericht in Schwaben/ in Thüringen/ & de Judicio Westphalico, videri possunt Constitutiones & Scriptores, quos idem recenset *l. c. cap. VI.* Inprimis de Judicio quod vocatur das Fürsten-Recht/ cui locus in Sachen so eines Fürsten Leib/ Ehr/ und Lebensschafft betreffen/ videnda est Constitutio Electorum & Principum Basileæ cum Imperatore Sigismundo facta apud Lundorpium in *Act. publ. tom. 2. lib. 1. tract. 2.* Adde Hippol. à Lapide *part. 1. cap. 4. Sect. 1. p. 103. & seqq.* De Judicio quoque & Judice Principum & Staruum Imperii gravissimè scripsit Dn. Mylerus ab Ehrenbach/ in *Tract. de Principibus & Statibus Imperij Rom. German. part. 1. cap. 20.* Benè etiam de hac materia meruit Ludolphus Hugo *de Statu Regionum Germania cap. 3. §. 35. & seqq.*

XI.

Sic itaque civilis dissensio in Germania legibus, non armis, est componenda: secus si fiat, frangitur pax publica, & illius reatus ac pœna præsto est. Possunt tamen Imperator & Status Imperii jurium ac obedientiæ in subditos possessionem, absque fractæ pacis periculo, armata manu tueri, & vi interversam, convenienti occasione repetere, uti liquido argumento ostenditur in *Ordinat. Camerali part. 2. tit. 9. §. So jemandes hohen oder nidern Weltlichen Stands ic.* vid. *Gail. de Pace Publ. 2. num. 20. Lampadius part. 3. cap. 20. §. 5.* Si quæ etiam sententiæ contra aliquem, in summis illis, quæ ante diximus, Imperii Judici s, lata fuerit, & condemnatus ei stare tergiversetur, omnesque minas, ac pœnas contemnere pergat, ille banno, sive proscriptione afficitur, ac vi armata in ordinem redigitur. Et quidem si alicui Ordinum Imperii subjectus sit, executio eidem

eidem mandatur, cui damnatus subest. Si damnatus
 autem ex Ordinum numero fuerit, executio mandatur
 Præfecto Circuli, cujus membrum iste damnatus est.
 Si Circulus unus parum sit validus cogendo damna-
 to, duobus aut tribus ea res injungitur, ut verba ha-
 bent Severini de Monzambano *l. c. §. 22.* ubi in fine
 quoque addit, rarius contingere ejusmodi executio-
 nes (quanquam illarum non desint Exempla) & magis
 esse ex commodo Germaniæ, Ordinumque libertate,
 ut tanti momenti lites Arbitrorum interventu compo-
 nantur. Si quæ autem contingunt executiones sen-
 tentiæ in proscriptos, illæ fieri debent ex legibus Im-
 perii receptis, uti quidam Ordinum Imperii mone-
 bant, dum Capitulatio *Leopoldi 1. Augustissimi Casaris*
Francofurti concipiebatur. Leges autem illæ Imperii
 hodie habentur, in der Erklärung des Land-Friedens zu
 Augspurg Anno 1500. Tit. von der Pœn der Oberfährer
 dieser Ordnung/ und Abschieds. In Capitulatione *Caroli*
V. Artic. 22. ubi vid. *Limneus. Land-Fried zu Worms*
 Anno 1521. Tit. die Pœn aller Friedbrecher *R. A. zu Speyr*
 de Anno 1542. §. Würde sich aber *re. Kayserlichen Land-*
Frieden de anno 1548. Tit. die Pœn der Friedbrecher *R.*
A. zu Augspurg. §. 60. So sind Wir *re. Part. 2. Ordinat.*
Camer. tit. 9. ante cit. Capit. Ferdinandi 1. Artic. 21. R. A. zu
Augspurg/ de Anno 1559. §. Damit dann hinfüro re. Ca-
pitulat. Maximiliani 11. Artic. 11. Abschied des Deputa-
tions-Tag zu Worms Anno 1564. §. Und damit diesen re.
R. A. zu Augspurg Anno 1566. §. Demnach im 64. Jahr
re. & §. Daß sie auch. R. A. zu Erfurt de Anno 1567. in
princ. Capitulat. Rudolff 11. Artic. 23. Matthia Artic. 27.
Ferdinandi 11. Artic. 26. Ferdinandi 111. Artic. 30. ubi no-
 vum, & maxime emphaticum additamentum habe-
 tur

tur, præscitum, consilium, & Consensum Electorum
 requirens, ut proscriptio valida esse possit: vid. ibid.
 Limneus. In Comitibus pacis Monasteriensibus & Osna-
 brugensibus scimus deliberatum fuisse, de modo & or-
 dine in declarando uno vel altero Statu in bannum
 Imperii, præter eum, qui alias in Constitutionibus Im-
 perii descriptus est, tenendo, sed quoniam tunc ea res
 expediri nequiverat, rejecta fuit in proxima Imperii
 Comitibus, ubi de illa ex communi Statuum consensu
 agatur, & statuatur, uti constat ex Instrumento Pacis
 Cæsareo-Gallicæ, & Suevicæ, §. *Habeantur autem Comitibus.*
 Ipsa quoque Capitulatio *Ferdinandi IV.* cujus Articulus
 27. convenit cum præcitato Articulo 30. Capitulationis
Ferdinandi III. ad eadem Comitibus hoc punctum re-
 fert. Sed mansit hoc punctum tunc etiam indeci-
 sum, neque in Comitibus Imperii Anno 1654. de hoc ali-
 quid statutum fuit. Et in Capitulatione Invictissimi
 Cæsaris *Leopoldi I.* Artic. 28. (qui quoad reliqua con-
 formis est cum Articulo 27. Capitulationis *Ferdinandi*
IV.) tractatio hujus capitis dilata est in proxima Im-
 perii Comitibus, quæ adhuc hodie Ratisbonæ aguntur.

XII.

Et hæc ita secundum leges Imperii obtinent, ac
 obtinere debent in civili dissensione. Quod si autem
 cum Exteris contentio sit, est ea, ut distinguit Lampa-
 dius *l. c. cap. 20. §. 7.* aut de rebus ad Territorium Im-
 perii pertinentibus, aut de alienis: Illic, servandus
 etiam est ille ordo & processus, de quo ante, prius-
 quam ad arma eatur, quia res in judicio disceptari, &
 Jurisdictio Imperii definiri potest: Hanc si adversa pars
 petulanter contemnat, & respuat, tunc bello locus. Ita-
 que, si bellum contra Exteros propulsetur, in promptu
 est

est decisio de Fetialibus, ea sc. quæ de bello defensivo supra pro lata: Si verò inferenda vis est, (cum scil. res neq; per Arbitros componi prius potuit) ea ipsa prius per Fetiales, aut Clarigationem denuncianda est, secundum supra tradita. Extat hanc in rem *Friderici I. Imp. Mandatum Diffidatorium ad Saladinum*, pro restitutione terræ Sanctæ, quod habetur apud Goldastum Tom. 2. Constit. Imp. p. 362. his inter alia verbis: *Nunc verò quia Terram Sanctam profanasti, cui aeterni Regis imperamus imperio: in tanti sceleris presumptuosam & plectibilem ac ausibilem audaciam debita animadversione decernere, Imperialis officij sollicitudo nos admonet. Quamobrem nisi occupatam terram Judææ, Samariæ, & Palestinorum ante omnia restituas, adjuncta satisfactione Sacris Constitutionibus, pro tam nefarius excessibus exacta, ne minimè legitimum videamur quarere bellum, à capite Kalendarum Novembrium, anno Incarnationis Dominica millesimo centesimo octogesimo octavo, revoluti anni spatio, terminum tibi præfigimus ad experiendam belli fortunam in campo Tanneos in virtute vivifica Crucis, & in nomine veri Joseph: Plura exempla & formulæ ejusmodi literarum, quæ aliàs dicuntur Manifesta, item Absage: Brieff; videri passim possunt apud Compilatores Actorum Publicorum. De Manifestis vid. Barnekow in Dissertatione supra laudata, ubi & in fine capituli primi notat Differentiam inter Clarigationem, & Belli denunciationem, quòd nempe Clarigatio conjunctam semper habeat rerum raptarum repetitionem, & justam ob illatam injuriam vindicationem, quapropter Grotius de I. B. & P. l. 3. c. 3. §. 7. Conditionatam appellet Denunciationem, quæ cum rerum repetitione conjungitur; Belli verò indictio non item. Sæpe enim bellum nulla justa extante ratione, nec vindicandæ injuriæ causa, sed cupidine proferendi Imperii aut di-*

D

gnum

gnum ob præmium indici. Hippolithus à Lapide *l. c. cap. 9. Sect. 1. p. 131.* notavit Imperatoris quidem, tanquam Summi Principis & Capitis, nomine Bellum in Germania proponi, decerni, indici, ipsam verò decernendi vim penes Ordines consistere. Ipse autem infra dignitatem Imperatoris, & animo in hunc non bene affecto *l. c. cap. 12. Sect. 1. p. 250.* videtur scribere, indictionem illam per se magni momenti non esse, cum indicens operam tantum suam adhibeat, quam formet & informet consensus Procerum Imperii. Caterum quod Imperatorem attinet, de eo constat, quòd ratione Regnorum ac Provinciarum, quas suo jure, non Imperii beneficio possidet, liberior sit, nec ita legibus Imperii teneatur, quoad bella indicenda & gerenda, ita tamen ne his etiam eò progrediatur, ut Imperium deserere, vel in casum una & periculum bellumque trahere videatur, ut loquitur Gustmeierus. Ad libertatem quoque Principum & Statuum Imperii pertinet, quod illi exteris Regibus & Principibus possint operam suam militando addicere: de qua vid. *X. A. zu Speyr* de Anno 1570. §. Denselben/ ibi: *Wie es im Heiligen Reich Teutscher Nation von Alters her ein löbliche Gestalt Teutscher Freyheit ist / umb Ehr und Ruhm mit Ritterlichen Thaten/ frembden Potentaten zu dienen/ doch ohne Beleidigung des Vatterlands/ und dessen Angehörigen.* Contra Imperium autem qui militat, ipso facto proscriptus censetur, feudique jure cadit, quod ab Imperio ea lege possidet, ne contra illud eo utatur. vid. *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 9.* Gustmeier *in Fetial. Germ. lib. 1. cap. 8. n. 3.* De illa Principum ac Statuum Imperii militandi libertate ab antiquo usitata vid. *Magnif. Dn. Mylerus dict. tract. part. 1. cap. 16.* à cujus Viri indefesso labore & summis

summis in hæc studia Juris publici meritis, expectamus integrum opus & tractatum de hac ipsa insigni materia jamdum conscriptum.

XIII.

Quantam autem armorum licentiam Proceres Germaniæ olim adversus externos habuerint, præter Historiarum fidem, ex ipsis domesticis dissidiis colligit Ludolphus Hugo *de Statu Region. German. cap. 3. § 9.* Si enim civem Imperii injuriæ prætextu armis adoriri impunè fuit, quid non erga externos licuisse credamus, inquit ille *loc. cit.* Quam frequentes autem in hac gente olim inter cives Diffidationes fuerint, ex Historia item constat. Hinc cum illæ diu in totum abrogari non possent, certis saltem limitibus coarctatæ fuerunt, & ipsis Imperii Constitutionibus permittæ, ex certis quibusdam causis, & si prius per tres dies naturales ante invasionem loco commodo intimatæ fuerint, sicut ex Constitutione *Friderici I. Imperatoris* apparet promulgata Noribergæ Anno 1187. ut & *Philippi II.* de Anno 1201. quæ Guidonis Papæ notis distincta habetur apud Goldastum *Tom. 3. Constit. Imp. p. 367.* & tota relata ac approbata est à *Carolo IV. Imp.* in Aurea Bulla cap. xvii. Imò Diffidationes adhuc concessit Constitutio *Friderici III.* Anno 1442. Francofurti edita. Postea autem cum melius constitui cœpisset Respublica in Germania, Diffidationes ejusmodi, ut variis bellis, rapinis & conspirationibus ansam præbentes, pacemque Reipublicæ turbantes, omnino sublata prohibitaque sunt à *Maximiliano I. Imp.* per Constitutionem Pacis publicæ, perpetua lege sancitæ & stabilitæ, qua nihil unquam salubrius contingere potuisset. Et in hanc quoque rem institutum ab eodem gloriosissimo Imperatore fuit Ca-

merale Judicium, utque vis inesset legi, & refractarii in ordinem cogentur, res bellica per Circulos ordinata: quod institutum Anno 1512. cœptum, Anno 1522. perfectum est. vid. *Der Königliche Land-Fried zu Worms* Anno 1495. *Erklärung des Land-Friedens zu Nürnberg* Anno 1522. Gail. *de pace publ.* Carpzov. *ad L. Regiam cap. 3. Sect. 4.* Buxtorffius, Arumæus, Rummelinus, & ibi Magnif. Dn. Mylerus ab *Ehrenbach*/Limneus, nec non Dietericus ad Auream Bullam *cap. cit.* quorum hic in nostram sententiam notavit, jus diffidandi seu clarigandi tantum inter eos locum habere, qui non recognoscunt superiorem: Superiorem autem recognoscentes, si injustè lædantur, jus & judicem habere, & sibi ipsis jus dicere non debere. Unde si hodie alter alterum diffidaret, reum fieri fractæ pacis, vid. *Kayserslicher Land-Fried zu Augspurg* Anno 1548, simul & manu militari perducem Circuli cohiberi, *R. A.* de Anno 1555. *S. Und damit istgesetz* / & decerni contra talem in Camera processus; imò privatum, etiam qui literas Diffidatorias scripsit, puniri gladio: Paria in hanc rem tradit Dn. Mylerus *loc. cit.* ad Rümelinum, ubi etiam ad *thes. 3 part. 2. Dissert. 6.* addit, ne quidem hodie Imperii Statibus ex causa denegatæ justitiæ permissas esse Diffidationes in Imperio, cum illis hoc in casu liceat adire Cameram Imperialem, aut Imperatoris Judicium Aulicum.

XIV.

Quod si autem Status aliquis Imperii extraneo bellum inferre velit, ut promiscua armorum licentia coerceatur, omnis potestas belli contra quemcunque, &, sive ab Imperatore, sive ab Ordinibus Imperii moveretur, ab ipso Imperatore *Maximiliano I.* & Ordinibus Imperii

perii, annuis quæ tunc instituta Comitibus adscripta fuit. vid. *Handhabung des Land-Friedens zu Worms Anno 1495. tit. Die Königl. Majestät soll keinen Krieg anfahren.* Deinde cum annuorum Comitiorum loco Senatus quidam perpetuus *Regimenti* nomine in Germania constitueretur, etiam belli pacisque potestas ad hunc translata est. vid. *Ordnung des Regiments Anno 1500. tit. Wie alle Sachen bey dem König vor des Reichs Regiment gehandelt werden sollen.* Scilicet, ut Ludolphus Hugo *loc. cit.* scribit, animadverti tunc cœpit, quanti universæ Reipublicæ interfit, ne bellum, ex quo non tantum belligerantis ditio, sed vicinia etiam, totumque adeo Imperium in periculum venit, temerè à quopiam excitetur. Illa autem Maximiliani lex accuratè semper servari non potuit, ex causis, de quibus Hugo *loc. cit.* monet, & ob quas, pro rerum, statu singuli Ordines Imperii, quibus statuerunt rationibus, sibi quandoque prospexerunt. Licet autem ipsis hoc non aliter quam cum aliquo consensu & scitu Imperatoris: nisi quæstio sit de suborto periculo inopinato ac subito, vel agatur de defensione licita, aut de auxiliis aliis Statibus ferendis confestim. In Recessu quoque Imperii de Anno 1564. §. *Nach dem 12.* statutum est, ut nemo suis alienisve ditionibus militem conscribat, nisi consensu & voluntate Circuli illius Ducis, cui de ea re significandum, & idoneè cavendum. vid. Hugo *loc. cit.* §. 11. Dietericus *ad A. B. cap. cit.* cum quo etiam facit Carpzov. *l. c. cap. 4. sect. 1.* Quod si autem aliter in Imperio à quopiam arma suscipiantur, is etsi feliciter & cum magna victoria bellum gessisset, in crimen fractæ pacis publicæ incidit, & contra eundem in Camera Imperiali, vel Aula Cæsaris, mandata Avocatoria, *eine Abforderung de-*



cernuntur, sub poena banni, ac publicationis bonorum; ut milites dimittat; quæ plerumque per Fetialem, *et non Kayserlichen Herold*, vel per nuncium Cameralem insinuantur, ut tradit Dn. Mylerus *de Principib. & Stat. Imperii part. 2. cap. 81.* adde Reinking. *de R. S. & E. lib. 2. class. 3. cap. 1.* Becht. *de Securit. th. 114. & seqq.* Hermes *in fascise. Jur. Publ. cap. 11. n. 132.* ubi tamen jus belli indicendi non rectè inter Regale Speciale reservatum Imperatori refert cum Matthia Stephani *l. 2. de Jurisdic. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 10.* Cluten *Sylloge rer. quotid. th. 21.* Engelbrecht *de jurisdic. Imp. th. 66.* & Coler. *de Jure Imp. Germ. th. 28.*

XV.

Decreto ira bello, & Fetialibus ad hoc constitutis, fruuntur hi quoque Legatorum jure secundum Sacra legationis, & fas Gentium, ac jus Fetiale. Quod autem admissionem Fetialium attinet, quanquam violari illi ut Legati nequeant, & securitate gaudere debeant, rejici tamen ab illis quibus Bellum indicunt, possunt, & interdum solent. Sic *Franciscus I.* Galliarum Rex, ne quid indignum se audiret, Fetialem *Caroli V. Imp.* ante Palatium Regium repulit. Et ipse *Carolus V. Imp.* Gallia, Venetorum, Florentinorumque Legatos bellum denunciaturus, deduci jussit in locum, qui à suo comitatu abesset 30. milliaribus. vid. *Gustmeieri Fetial. German. cap. VIII p. 306.* Et contingit hoc etiam interdum in aliis Legatis: Sic *Elisabetha* Angliæ Regina prætextu quæsito (quia nimirum Parisiis grassabatur pestis) Legatos Gallia non admisit, donec sancta illa Scotiæ Regina capite truncata jaceret: quod Galli impedire moliebantur. Nec desunt paria exempla in recentiori Historia. Notanda autem hic sunt verba *Fri-*
der.

der. de Marselaer lib. 2. Dissert. 31. quæ est de admissione Legati ad Principem: *Ut sine causa Legationem prohibere contra jus Gentium est, ita sine causa Legatum non audire. Et tamen arceri aliquando ac prorsus rejici Legati solent, cum ab eis missi, qui omnino compeSCI cum possent, gratia immemores, fidem prostituerunt. Nimirum ostendit Princeps, Legationem non esse qua modo & jure caret. Effet jam hic locus plura de Usu & Effectu Fetialium differere, sed sufficiat de hoc locum illum egregium Philonis Judæi de Legat. ad Cajum (in quam etiam extat Dissertatio Bæcleri) allegare: *Bella Caduceatores Fetialesque dirimunt, offerendo pacem aut inducias. Qui nisi admittantur, nec modus nec finis erit calamitatis, & ultro citroque illatis injuriis.* Pertinet huc etiam Dissertatio ante celebrata Barnekovii cap. IV. quod agit de *Usu & Effectu Clarigationis.**

XVI.

Ita indicto bello per Feciales, sequitur ipsa Gestio & Expeditio belli: ad quam priusquam suscipiatur alia quoque multa requiruntur, quæ præcedant. In promptu enim hic esse primum debent, nervi bellici, pecunia, commeatus, & alia, ad quæ suppeditanda, si bellum Imperii jussu & nomine geratur, quilibet Imperii Status pro rata portione cum ipso Imperatore tenetur, nach des Reichs Anschlag: in quem finem solent hodie ingruente belli calamitate, deficiente Arario communi, Contributiones vel Collectæ, Reichs-Steuer / Reichs-Anschlage / Reichs-Hülffe / Comitiali Decreto indici, ut ex moribus & Constitutionibus Imperii constat. vid. Gustmeieri *Fecial. Germ. lib. 2. cap. 1. & 2.* Legendus est deinde miles, & conscribendus Exercitus, quod jus non Imperatori solum (& quidem in qualibet Imperii Provincia, vid. Lampad. l. c. cap. 17. §. 19. cum consensu tamen

men Electorum, secundum Capit. *Leopoldi 1. artic. 16.*) sed & Imperii Statibus competit, in casibus scil. paulo ante citatis, secundum formam in Imperii Constitutionibus, Ordinat. Cameral. *part. 2. tit. 15,* & Recessibus, de Anno inprimis 1555. 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. præscriptam. vid. etiam Dn. Mylerus ab *Ehrenbach loc. cit. cap. 79. & R. A. 1525. §. Darzu sollen de Anno 1530. §. Demnach soll sich de Anno 1542. §. Wann nun aber. & §. Es sollen auch. Carpzov. ad Leg. Reg. cap. 4. num. 14. Eckendorffs Teusscher Fürsten. Staat part. 2. cap. 10. n. 8. & seq.* Præterea paranda sunt arma, tormenta, & reliqua, quorum jus non ad Imperatorem solum, sed ad Principes, & cæteros quoque Status pertinet, cum Angariis & Parangariis. De Armamentariis probè in Imperio instruendis, vid. *R. A. de Anno 1542. §. Und damit auch cum §§. sequentibus,* in quibus de reliquo belli apparatu fortiter & prudenter instruendo agitur. Creandi juxta sunt Duces, & Magistratus militares: numero quidem non adeo multi, sed periti: quod jus in communi Imperii bello pertinet ad Imperatorem & Status Imperii *R. A. de Anno 1500. tit. Des Reichs Hauptmann betreffend/* vid. *Limn. ad Carol. V. Artic. 11. p. 185. R. A. de Anno 1542. §. Und nach dem man aus alten R. A. de Anno 1594. §. Und ob wol auch.* Quando autem ita milites conscribuntur nomine Imperatoris & Statuum Imperii, sunt illi in servitio Imperii, & totum Corpus vocatur, *des Reichs Velt/ oder Reichs Armee:* per Ordinat. August. de Anno 1500. tit. *Wo das Reich.* Et ipse Generalis Dux Exercitus, cui interdum nomine Imperii adjungi solent Consiliarii: *R. A. 1541. §. Demselben Obristen/* item Commissarii lustrationis, recessitationis, recognitionis, rei frumentariæ, obligatur
Im-

Imperatori & Imperio, à quo dependet, eidem resignat, & ab eodem removetur. De tali Supremo militiae Praefecto, sive, ut vulgo loquimur, Generalissimo, *General Feld-Marschalck* deque ejus electione, & potestate, & utrum uni tutò committatur summa rei bellicae, nec non de cæteris Rei Armamentariae, Annonae, Excubiarum, Metationum, Causarumque Capitalium Praefectis, ut & aliis particularibus Belli Ducibus, qui etiam ab Imperio creantur, ut & de Quæstoribus, & Consiliariis Bellicis, vid. *Gustmeierus l. c. cap. VI. & seqq.* ubi etiam de requisitis & artibus Imperatoriis in bello agit. Addatur *R. A. de Anno 1500. §. Des Hauptmanns Ayd.*

XVII.

Alius autem ab illo Generali Duce est Circularis militiae Praefectus, ut vocatur in Instrumento Pacis, Germanicè, *Kranz-Hauptmann*/ vel, *Kranz-Obrister* (quod nomen tanquam dignius & commodius adhuc hodie retinetur) qui in quovis Imperii Circulo eligitur ab Ordinibus ejusdem, aut his dissentientibus ab Imperatore. vid. *R. A. de Anno 1512. §. und als hiebevor R. A. de Anno 1555. §. und damit obgesetzte Ordnung*/ & seqq. ubi de Constitutione & Officio ejus nodi Ducis plene agitur, de quo etiam videndus *Recess. Imp. de Anno 1654. §. 178. & seqq. Wehnerus in Observ. Pract. V. Kranz-Tag. Arumæus de Comitibus cap. 2. Limneus tom. 1. Addit. p. 50. Lundorp. Act. Publ. tom. 1. l. 8. cap. 18. Sprenger Instur. J. P. lib. 2. cap. 24.* Et cum hujus Ducis Circularis praesentia debent Principes & alii Status militem conscribere, delectum agere, & arma convocare. *R. A. de Anno 1560. tit. Verzeichnus etlicher Puncten*/ & *R. A. 1564. §. Demnach so declariren. R. A. de Anno 1566. §. Den Versicul*

E

vle

wiewol auch in der Executions-Ordnung. Constituuntur etiam ejusmodi Duces, ut illorum unus, vel plures, der nächstgeessene Crayß-Obrister, commissa Executione coerceant seditiosos, rebelles, & bannitos Imperii R. A. de anno 1522. tit. Von Mandatendes Cammer-Gerichts R. A. de anno 1555. §. und nachdem zu Erhaltung. O. C. part. 2. tit. 9. §. Und ob sich. R. A. de Anno 1567. §. Als wir dann ferner & §. So hätten wir / & seqq. quo casu sumtus in ejusmodi executione facti, Duci Circuli exacta contributione Statuum Imperii restituendi sunt. dict. Recess. §. Und dann nach Befindung/ junct. §§. aliquot seqq. Atque hi Duces Circulorum requirendi etiam prius sunt, iisdemque de refarciendo damno cavendum, si quis in Imperio Romano transitum cum milite & Exercitu per illius Circuli fines & ditiones desiderat. R. A. de anno 1555. §. Den zu begegnen/ junct. §. seqq.

XVIII.

Quodsi Princeps autem aliquis, & Rex extraneus, in Imperio militem conscribere velit, ipsum Imperatorem desuper requirere tenetur. vid. R. A. de anno 1570. & 1598. §. Wir wollen auch R. A. de anno 1576. §. Sehen, ordnen und wohen. junct. §. §. seqq. in quibus etiam de modo, & forma præstandæ cautionis ab extraneis, aliisque connexis agitur. vid. de his quoque Capitulat. Leopoldi I. artic. 16. R. A. de anno 1654. §. 186. cum mandatis ibi citatis. Imperator verò uti peregrinum militem sine consensu Statuum Imperii, ad minimum Electorum, ducere in Imperium nequit, (id quod nec Statibus quoque ipsis licet), ita idem quoque non potest pro suo arbitrio in salutatis Statibus militem Imperii extra Imperium mittere. Capitul. Ferdinandi III. Art. 11. 12. R. A. de Anno 1641. §. Sehen und verordnen solchem.

folchem nach/ ubi limitatio. Capitul. *Ferdinandi IV. Artic. 11. 13. Leopoldi I. Artic. 13. 16.* quæ intelligenda esse de bello mere defensivo, non offensivo, nemo nescit.

XIX.

Ut autem habeant milites & Duces, adeoque Exercitus in bello, unde amplius vivant, maxima ratio quoque est habenda victus, & frumentariæ rei, de qua sanctio habetur in *N. A. de anno 1532. §. Und nachdem die hohe. N. A. de anno 1542. §. Wir sollen und wollen auch. N. A. de Anno 1641. §. Anreichend die Auffrichtung gewisser Magazin.*

XX.

Quod jus muniendi Civitates vel Castella, vulgo *Fortificiren*/attinet, illud non minus cum jure Præsidiorum, Hospitationis, & aliis quæ ad bellum pertinent, Statibus Imperii competit. vid. *Instrum. Pacis Casar. Gallic. & Succic. §. Gaudeant Dn. Mylerus l. c. cap. 77. seqq.* Imperator autem nova munimenta intra Statuum ditio- nes extruere nomine publico, veterave firmare præsi- diis, non nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu potest. *Instr. Pac. l. c. Capitul. Leopoldi I. Artic. 13. in fin.* ubi idem quoque de Hospitationibus militum statuitur. De jure autem mu- niendi vid. *Hugo de Statu Regionum Germ. cap. 3. §. 13. & alii.*

XXI.

De reliqua jam administratione belli possent hic multa dici, & quæ circa hanc militiæ Germanicæ artes sint, quæ præstantia: sed de his loquantur ipsi fortissimi Imperatores, & Duces, & eorum res gestæ, Casar aliquis, & Tacitus, nec non doctissimorum virorum Commentarii. Notum est illud vulgare: *Wer in dem Krieg will Unglück han / der fang es mit den Teutschen*

E. 2.

an.

an. De disciplina observanda ad eundem Recessus Imperii de Anno 1570. sub tit. *Von Reutter. Bestallung* / ubi jam tum querelæ graves audiuntur. In militia Imperii autem solent Ducibus & militibus certæ leges, & articuli militares, quoad disciplinam, & reliqua belli munia præscribi ab Imperatore & Statibus Imperii, quibus illi se jurejurando obstringunt, *R. A.* de Anno 1555. *S. Derowegen.* Stipendia autem iisdem ab Imperatore quoque & Statibus constituuntur. *R. A.* de Anno 1521. *S. Item haben wir.* Interdum à Statibus solis. vid. *Limneus ad Capitul. Caroli V. artic. 11. p. 186.* de Ordine quoque militiæ extat *R. A.* de anno 1542. De judicio militari vid. *Reuter. Bestallung* art. 10. *S. Und damit in solchem* / & seq. item de Judicio Bellico, & erigendo Tribunali Militari vid. *Gustmeierus loc. cit. cap. 4.* qui quoque de habendis Comitibus Militaribus non inutilia disserit, *l. c. p. 198.* De justa solutione Stipendorum, vid. *diët. Recess.* *S. Und so alles.* Item *Reuter. Bestallung* artic. 12.

XXII.

Locus hic etiam esset de Fœderibus quædam annectere, quæ plerunque bellum antecedere solent subsidii gratia, & per Fetiales, uti olim apud Romanos quoque, & alias gentes usitatum, feriri; sed cum prior tractatio jam modum Dissertationis Academicæ impleverit, ad finem properamus, & de hodierno jure Fœderum Imperatoris & Statuum Imperii in Germania, novissimas Capitulationes Cæsareas, & ipsum Instrumentum Pacis Cæsareo Gallicæ & Suevicæ allegasse, cum *Lampadio part. 3. cap. 19. S. 20* & *Dn. Mylero ab Ehrenbach tract. cit. part. 1. cap. 17.* satis nunc, pro instituti ratione, putamus.

XXIII.

XXIII.


De causis belli possent etiam hic multa memorari, de quibus Scriptores Juris Gentium, & Politicorum, Grotius imprimis, & Lipsius adiri possunt, quique his non absimiles. In Germania receptum & constitutum, ut bellum gerere defensivum liceat: ad tuendam gloriam Dei, & Religionem. *R. U.* de anno 1532. §. Und damit solcher. vid. Lucii de Monte Wolgeratensi discursus: *An pro religione justum possit geri bellum, ad Reipublicæ salutem R. U.* de Anno 1542. zu Speyr. §. Und dierweil nun dieser Anschlag. *R. U.* de Anno 1542. zu Nürnberg. §. Weiter und zu dem. Sociorum & scederatorum defensionem. *R. U.* de Anno 152. circa fin. princip. *R. U.* de Anno 1526. §. Darauff so haben wir. de Anno 1529. §. Vergleichen soll. de Anno 1530. §. Dese gleichen. Ad avertendam vim, non tantum præsentem, sed & ingruentem, quæque inferri justè timetur. *R. U.* zu Regenspurg de anno 1530. §. Damit aber dennoch zwischen/ cum §. seq. *R. U.* zu Regenspurg de Anno 1532. §. Und damit solcher bes schwerlicher. *R. U.* zu Nürnberg. de anno 1542. §. Und wo zu Erhaltung/ in quem finem adhuc hodie solent haberi milites limitanei, cum propugnaculis, de quibus agunt Constitutiones Imperii citatæ quoque apud Reinking. *l. c. l. 2. class. 3. cap. 2. n. 31.* quæ injungunt, ut ita quisque in Regione sua sese instruat, quo adversus violentiam improvisam tutus sit, & aliis subsidio esse possit, Daß ein jeder Chur/ Fürst/ Fürst und Statt in guter Bereitschaft sitze/ auch in seinen Fürstenthumen/ Landen/ Herrschaften/ Oberkeiten und Gebieten solche emsige Vorsehung thue/ daß er und die seinen dannoch dermassen gefasst/ damit sie sich unversehens Uberfalls selbst etwas zu entschütten/ vid. Grundfeste des Heil. Röm. Reichs *part. 3. cap. 9. Gultmeierus loc. cit. cap. 8. p. 145. §. seqq.* De perpetuo exercitu Imperii vid. idem *l. c. cap. 5. lib. 2. ubi rationes suadendi, & dissuadendi.* Offensivum autem bellum indicere, & gerere licitum 1. ob denegatum transitum. *R. U.* de anno 1559. §. Dem zu beo gegnen *R. & §. Im Fall. 2. ob ademptas per vim & corruptas res, & illarum denegatam restitutionem. R. U.* de anno 1521. §. Und als Wir, & §. seq. *R. U.* zu Speyr. de anno 1529. §.

Weiter haben Wir. Huc pertinet gravissima illa quæstio de Jure finium Imperii armis recuperandorum, de qua, ut & de Consultationibus super hoc negotio institutis, instituendisve, vid. Bæclerus in *Notitia S. R. Imperii l. 2. cap. 3. c. 4. 3.* ad contumaces & bannitos, qui se judicio submittere nolunt coercendos *R. A. zu Speyr* de Anno 1529. §. *Vergleichen soll der Articul. R. A. de anno 1542.* §. *Und damit aber. R. A. de anno 1551.* §. *Wietvol wir nun.* & seq/ vide quæ supra de Circularis militiæ Præfecto dicta, item Reinking. *loc cit.* ubi plures causas talis belli allegat.

XXIV.

Ex hisce causis bello quæsitæ accrescunt ipsi Imperio, per Ordinationem Augustæ de anno 1500. §. *Wo dann; nisi aliter inter Imperatorem & Status convenit. R. A. zu Speyr/* de anno 1542. §. *Wir haben uns; & rationes tam accepti quam expensi in tali bello redduntur Deputatis Imperii & Statuum R. A. zu Erfurt/* de Anno 1567. §. *Und solche Ordnung des Regiments zu Augspurg* de Anno 1500. antepen. Hermes in *fasciculo Jur. Publ. cap. 11. p. 217. & 218.* Limneus ad *Capitul. Caroli V. Artic. XII. p. 187.* ubi plures Imperii Constitutiones in hanc rem allegat, & ex iisdem probat, directionem talis belli Imperatori non nisi Statibus hanc ei concedentibus competere, nec ipsum eam ultra concessionis terminos extendere posse. Denique ut bellum communi nomine indicere & gerere in Germania proprium est Imperatoris & Statuum: ita quoque idem finire; quod fit pace, cujus gratia & sine bellum est suscipiendum. Reliqua autem bella quæ Imperator & Status suo quisque nomine ut singuli gerunt, illa horundem quoque arbitrio singulari finiri possunt. At cedant nunc denique arma togæ, & qui Belli, idem Dissertationis hujus, idem votorum tandem in Europa & Germania omnium Finis sit,

Pax aurea rerum!



63158

AB 63158

ULB Halle

3


002 422 263




86

VD 17





dis
neg
nb
ip
na
i, f
ilia
no
nel
end
edi
Cu
ad
na
cu
Pr
-ff
ar
os
at 8
liat
c. o
raç
mc
atq
po
am
Fuc
no
lo
der
s p
ice
on
onc
sim
Me
rft.
ltra



B.I.G.

Farbkarte #13

38
**FETIALIS
GERMANICUS**

Dissertatione Juris Publici

Bono cum DEO

Fasces Literarios Tenente

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

LUDOVICO,
Duce Wirtembergiæ & Teccæ, Co-
mite Montisbelgardi, Dynasta in
Heidenheim, &c.

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,

PRÆSIDE

JOANNE ULRICO PREGIZERO,

U. J. D. Politic. Histor. & Eloq. P. P.

Præceptore meo summè colendo.

IN ILLUSTRIS COLLEGIO

Publico Eruditorum Examine

ad disputandum propositus,

Ad diem Augusti

à

GEORGIO FRIDERICO de BLUDOWSKY,

Eq. Siles.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

Anno Academiæ Secundo Jubilæo

M DC LXXVII.